

versis et singulis suis personis vasallis subditis opidis villis praediis possessionibus bonisque feodalibus et propriis ac rebus aliis quibuscumque, quae ad praesens obtinent vel in futurum ipsos contigerit iustis titulis adipisci, in suis iure et iustitia confovendo ipsos in eisdem vel aliquo praemissorum contra iustitiam non permittat impediri molestari per quemlibet seu turbari, sed ubi eidem constiterit quemquam principem ecclesiasticum vel secularem, ducem marchionem lantgravium comitem baronem militem vel clientem seu alium cuiuscumque status dignitatis vel conditionis hominem in praemissis seu aliquo praemissorum iniuriam eis intulisse in praeterito vel inferre gravamina in futuro, si id notorium fuerit, immediate debitam et condignam idem rex ipsis fieri procuret emendam. Si vero res ipsa dubiosa fuerit, ex tunc veritate comperta praesumptores ipsos ad satisfactionem huiusmodi praevia ratione compellat artius et astringat, faciendo auctoritate praedicta quod decreverit observari districtius et executioni debitae effectualiter demandari, praesentibus tamen, quas apud dictos episcopum et ecclesiam remanere volumus, ad nostrae et successorum nostrorum imperatorum sive regum Romanorum voluntatis beneplacitum tantummodo duraturis. Praesentium sub nostri imperialis sigilli appensione testimonio litterarum. Datum Ulmae anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto die nona mensis Junii regnorum nostrorum anno Hungariae etc. quadragésimo octavo, Romanorum vicesimo quarto, Boemiae decimo quarto, imperii vero secundo.

Ad mandatum domini imperatoris domino Caspate cancellario  
referente Theodericus Ebbrecht.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem wohl erhaltenen kaiserlichen Siegel an einem Pergamentstreifen.

### No. 952. 1434. 6. Juli.

Procopius curiae episcopalis Misn. commissarius *beurkundet*, dass im J. 1434 am 6. Juli in den Nachmittagsstunden vor ihm in stuba cancellariae castri Stolpin Jacobus Boze de Luckow altaris s. Wenczeslai in ecclesia Misnensi *erschienen sei und ihm vorgestellt habe*, qualiter inter ipsum et dom. Nicolaum Pfaffendorff coram venerabili viro dom. vicedomino Monstratensium sacri palatii apostolici auditore lis super eodem altare pendeat indecisa, und wie er zu *Ausführung dieses Processes eine beglaubigte Abschrift der Errichtungs- und Bestätigungsurkunde des genannten Altars bedürfe*. In *Gewährung dieses Gesuchs sei die Urkunde ex registris cancellariae episcopatus Misn. entnommen und die durch einen Notar gefertigte Abschrift in die vorliegende Form eines öffentl. Documents gebracht worden*. Die Urkunde laute: Universis et singulis etc. (Bd. II. No. 667). *Zeugen*: Heinricus plebanus in Camencz et Laur. Vachs clerici Misn. dioc.

Et ego Paulus Olificis de Budissin clericus Misn. dioc. publicus imper. auct. notarius scribaque causarum consistorii curiae Misn. — una cum appensione sigilli officialatus curiae Misn. signavi etc.

Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel.